



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris  
ætatis homines, doctrinam & religionem suam  
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus  
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

**Sarcerius, Erasmus**

**Francoforti, 1541**

**VD16 S 1775**

De Sacrificio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29838**

## DE COENA:

apud nos iugis memoria passionis Christi, ut  
vero agno loco agni typici quotidie utamur  
ad uesperam.

Pro urgente necessitate, etiam plures Missas  
licet celebrare in uno die.

Quando in uno die occurruunt diuersa bene-  
ficia dei commemoranda, uel impetranda pro  
uiuis & mortuis, oportet Missam pluries ce-  
lebrari, si ad sit facultas, puta: unam pro festo,  
& aliam pro ieunio, uel pro mortuis.

Multiplicatio Missarum multiplicat oblati-  
onem sacrificij, & multiplicat quoque eius ef-  
fectus.

Missa melioris sacerdotis est melior, quo ad 57956.  
annexa; ideo est melius audire eam.

Missa celebratur pro paruulis baptizatis, non  
quidem ad remissionem culpæ, nec ad augmen-  
tum gloriæ, sed ad solatium uiuorum, & ad co-  
mendandum redemptionis nostræ mysterium  
ad gratiarum actiones pro eis, & ad ostenden-  
dum, quod pertinet ad corpus Christi myste-  
rium.

## DE SACRIFICIO.

Mosaica sacrificia propiciatoria, non tan-  
tum de propitiatione coram populo Iudaico,  
sed etiam coram Deo pro peccatis ad iustitiam  
propiciatoria fuerunt.

Non

## DOCTRINA SCHOLAST.

Non solum sacrificium Christi, quo ipse obtulit, sacrificium pro peccatis fuit, sed et nos iuge sacrificium in Missa pro peccatis nostris offerimus.

Sacrificium Christi propiciatorum, tatum stat pro originalibus & præteritis peccatis.

Sacrificium Missæ hodie est uerum sacrificium pro peccatis.

Sub nouo Testamento duplia sunt sacrificia: propiciatoria pro peccatis, & eucharistica.

Nostra sacrificia propiciatoria in Missa, iustificant ex opere operato.

Sacrificium & sacramentum idē significant;

Virtute sacrificiorum olim iustificati fuerunt homines, teste Magistro.

Duo sunt sacrificia Euangelica: alterū, quo seipsum obtulit Christus in cruce: alterum, est sacrificium corporis & sanguinis Iesu Christi, in sacramento.

Sacramentum altaris aliter prodest viuis, aliter mortuis. Viuis enim prodest sub ratione sacramenti & cibi. Mortuis sub ratione sacrificij &c.

In quantum enim sacramentum est, cibat, & dat gratiam, & perfectionem manducanti, in quantum autem sacrificium, placat Deum. Hostiae enim placant.

Et quoniam Deus iratus est, non affectione inflictionis, ideo Deum placando non sedat ipsius

## DE SACRIFICIO.

105

affectionē, sed remittit facit pōenę acerbitatē.  
Sacramentum Eucharistiae principaliter in-  
stitutum est in sacrificium.

Licet semel oblatus est Christus in cruce, in  
aperta carnis effigie, offertur tamen idem in  
altari quotidie, relatus in panis unīcę pecte, nā  
quidem quantum ad ea, quae pōenam impor-  
tant, sed quantum ad finem salutis.

Sacramentum eucharistiae in ratione sacri-  
ficij, non tantum prodest his, à quibus sumitur,  
sed etiam alijs, pro quibus offeritur. Nihil enim  
in hac uita est, quod tantum satisfacit promor-  
tuis, quantum sacrificium altaris. Et non so-  
lum fructificat in bonis & iustis, sed etiā in pec-  
catoribus, pro quibus offertur, ut à peccatis eō  
uertantur.

Sacrificium propriè & semper accipitur pro  
aliquo facto ad honorem debitum soli Deo, &  
ad placandum eum.

Sacrificia exteriora sunt necessaria, ut inter  
ora innotescant.

In quolibet sacrificio considerantur quatu-  
or, scilicet: cui, à quo, quid, & pro quibus of-  
fertur.

Sacrificia ueteris Testamenti significabant sa-  
crificium eucharistiae in novo.

Sacrificia ueteris legis erant instituta ad sa-  
tisfactionem pro peccatis proprijs.

O